

Hermann Schuckmann Christophorus Forberger

Collegii Theologici Disputatio Tertia, De Creatione Providentia, Et Angelis

Rostochi[i]: Kilius, 1648


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738367826>

Druck Freier  Zugang



R. U. Nicol. 1648

Schückmann Hermann
der Fürberger Jahr. III.
der Graue Jahr. IV.
Kert. v. Eden Johannes Jahr. V.
S. Köndt Jahr. VI.
A. Hellius Jahr. VII.



COLLEGII THEOLOGICI
DISPUTATIO TERTIA,

33.

DE

CREATIONE
PROVIDENTIA,
ET ANGELIS

Quam

ADJUVANTE GRATIA
SPIRITUS CHRISTI,

Cum Consensu Amplissimæ Faculta-
tis Theologicæ, in incluta Universitate
Rostochiensis,

P R Æ S I D E

V I R O

Plurimum Reverendo, Clarissimo atq; Excellentissimo,

DN. HERMANNO SCHUCK-
MANNO, SS, Theol. Doctore & Professore
Publico Celeberrimo, Præceptore & Promotore,
suo omni honoris cultu prosequendo

Publicè in Auditorio Majori, die 16. Decembris

Examinandam proponit,

CHRISTOPHORUS FORBERGER,
Lobsch-Altenb; Misnicus.

•§[o]§•

ROSTOCHI,

Typi NICOLAI KILLII, Acad. Typogr. Anno 1648.

DISPUTATIO TERTIA

DE AETHERE
PROVIDENTIA
ET ANGELIS

AD HONORATEM
SPIRITUS SACRI

CHRISTOPHORI FORBERGERI
MAGISTRI

PHYSICAE
MAGISTRI
MAGISTRI

DR. HERMANNI SCHNICK
MAGISTRI

PHYSICAE
MAGISTRI
CHRISTOPHORI FORBERGERI
MAGISTRI

PHYSICAE
MAGISTRI
CHRISTOPHORI FORBERGERI
MAGISTRI



UT summo donere Bono, *stant cuncta creata*
Te propter, mortalis Homo; Te provida
servat

Cura DEI. Fas est, totus venereris eundem,
Non minùs ac *Genij flammantes* protinus omnes.

Sic gratulatur Dn. Respondenti

PRÆSES.

Eximio Dno. RESPONDENTI com-
mentali ob pietatem ac modestiam
dilecto.

EX nihilo qui *cuncta* creat, *finxitq;* cohortes
Angelicas **DEUS** est; Non duplex; Unus &
Almus;

Dux exercituum, conservans, cuncta gubernans.

O cecae hominum mentes, queis nescia qua sit

Illius omnipotens virtus & dextera fortis!

Tolle oculos, mirare tuum venerareq; Platen

Quisquis es, immensi cernens miracula theatri.

Vestris interea congressibus ipse Creator

Oro adsit calcar divini flaminis addat!

f.

M. Enochus Svantenius, ad D. Jac.
Eccl. Rost.

Quid

Quid non casta potest Studiorum cura? quid alma
Non Fidei, & veræ Relligionis amor?
Qui doctus Latiam mundo sonuisse Suadam;
Qui mista Hebræis verba Pelasga fonis,
Qui, quæ Socratici docuere umbracula texti,
Qui scit, quæ Samiæ dogmata muta scholæ;
Tereid' adit nostras en! Forbergerus Athenas,
Addat us atherei mystica seica Boni.
Præ Pindo jam Sina placet. Procul esse profana
Mens jubet, & solum stat retinere Deum.
Et modò, quæ rigida nescit sapientiæ Stoæ,
Munia agit veri lingua diserta pii.
Illa docet, magni quis sit qui climata mundi
Finxit & hæc mundi climata quicquid habent;
Illa, quod æthereis transcriptum munus Alumnis
Quisq; regat nutu cuncta creata suo,
O Pietas! Dum tanta facit, pro Numine fatur,
Doctaq; supremi pagina causa Dei est.
Cuncta queat solers aliorum industria; At illud
Grandius est, veram posse docere Fidem.

Amoris calamo scribebat

Georgius Neufmann.

Cæropius Plato regimen si forte supremum
Non quis credat, ait, quod neget iste Deum;
Nec malè! Sed melius Scriptura lumine ductus
Hoc Tu defendis corde recepte mihi.
Sis precor Is Tecum Verbò qui cuncta gubernat,
Te regat, atq; Sacro Spiritus imbre riget,

Johannes von Essen/ Pom.

✠(o)✠

DE CREATIONE ET PRO-
VIDENTIA DEI.

§. I.

Primum Dei opus ad extra *Creatio* est. Hu-
jus actum expriment in ipsâ Historia tres præcipuè
voces (1.) בָּרָא (2.) יָצַר (3.) עָשָׂה, *Istud* respicit prin-
cipium, & significat productionem vel constitutio-
nem rerum, ut sint, quæ ante non fuerunt, & quomo-
dò non fuerunt; nec esse ex sese potuerunt. *Istud* for-
mam, & habet significationem efformandi, qualis v.g. actio figurorum
est. *Hoc* terminum, & notat perfectionem, quam absolute & univer-
saliter hic sinit verbum כָּלָה, consummationem inferens. Sed præva-
let h. l. notatio תָּבַרָא quæ actionem dicit, supra communem existen-
tis naturæ cursum & facultates, (vid. *Exod. 34 v. 10 Num. 16. v. 29. 30.*
ubi oppositio notetur inter naturale & miraculosum) & strictè conve-
nit articulo præsentis.

§. 2. Principium vel *causa efficiens* creationis & consequenter reo-
rum creatarum, non est nisi unus verus Deus. Hinc consecutaria quinq;
I. Creatio est actio veri Dei *Gen. 1. v. 1. 6. 2. v. 4.* Qui & ipse ex opere
creationis describitur. *Jes. 45. v. 18 Act. 14. v. 15. c. 17, v. 24. Gc. 11.* Uni
ac soli Deo propria *Malach 2 v. 10.* Unde excluduntur hæc per negatio-
nem & oppositionem quæcunq; Deus non sunt. *Psal. 96. v. 5. vid. Ora-
tio Jesa: c. 40. & seqq.* Hinc ad Q. *An creaturis quoq; competat vis crean-
di?* R. Neg. Ratio est, quia hæc vires creatas excedit, & sic increata sit,
oportet. III. Ipsi Deo immediata, adeoq; causam ministerialem & or-
ganicam, omneq; consilium creatum excludens. Ratio: Quia & ante
creationem & in ipso primordio nihil fuit nisi Deus, & per hunc existe-
re coeperunt omnia: vid. *Historia*, ubi idem nominatur creator sine
ullo vel adjumento vel instrumento, tam in initio quàm medio & fine,
Gen. 1. v. 1, 14, 27. &c. Atq; ita Creatio differt à generationibus, quarum
& ipse Deus auctor est, sed in naturâ conditâ, tamen si vis sustentandi &
gubernandi naturam, eadem quoq; est quæ creandi, non alia. IV. Tribus
personis in uno Deo communis. Probatur I. ex *Historia Gen. 1.* ubi di-

C

stin-

RESP.
CHRISTOPH.
FORBERGET
LOBSCHE-
ALTENB:
MISU:

dicitur Deus, Spiritus Dei, & Verbum, per quod creata sunt omnia.
 Hic, *Quæ ex voce, dixit, rectè inferatur λόγος* *ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως*? Aff. Quia
 quicquid Deus dicit, per filium dicit, utpotè characterem essentia &
 interpretem voluntatis suæ, ob quod & λόγος appellatur Joh. 1. (2.) Ex
 Locis, quibus opus creationis modò Patri, modò Filio, modò Spiritui
 Sancto adscribitur: Patri quidem & filio Ebr. 1. v. 2. Prov. 8. v. 29, 30.
conf. Job. 1. v. 1, 2, 3. Col. 1. v. 15, 16, 17. Spiritui S. Job 33. v. 4. Ps. 104. v. 30.
 (ubi cum creatione primà confertur secunda spiritalis.) Et hinc cæli di-
 cuntur opus digitorum Dei. *Psal. 8. v. 4. V. Indivisa, ità, ut Patris, filii*
& Spiritus S. una sit actio & coequalis potentia, ob unitatem essentia,
ad quam pertinet & δύναμις αὐτῶν. Vide *Disp. 2. in specie § 13.* Unde
 non sunt hic causæ sociæ, sed unica, solitaria, *vid. Psal. 103. v. 26. conf.*
Ebr. 1. v. 10. Obijciuntur particulae distinctivæ PER & IN v. g. *Ps 33. v. 6*
Resp. Hæ non inæqualitatem sive essentia sive potentia, sed ordinem
in agendo & cujusq; personæ proprietatem signant. Sic actio divina à
Patre, per Filium, in Sp. S. perficitur & terminatur. Rom. 11, v 36, vid. disp.
2. §. 12, 18.

§. 3. *Materia*, si de quâ quæris, ea nihil est, idq; vel negativè respe-
 ctu primæ productionis, de quâ *Gen. 1. v. 1.* & sic omninò nulla mate-
 ria præexistit, vel privativè, respectu sequentis distinctionis, efforma-
 tionis, perfectionis creaturarum visibilium, & fuit materia in principio
 producta, sed vacua, informis, obscura, seu per se ad formam exinten-
 tione creatoris debitam inhabilis, quæ notatur vocibus *אֲדָמָה וְרֵחַל וְחֹל וְחֹל*
 Ad utramq; tam productionem quam efformationem adhibetur ver-
 bum *נָצַח* *vers. 1, 21, 27.* Utrobq; igitur creatio est, atq; ita potentia
 invisibilis Dei, ex non apparentibus apparentia constituentis, demon-
 stratio, nec non consequenter efficacæ verbi ejus, *τὸ καλῶν τὰ μὴ*
ὄντα ὡς ὄντα, respectu cæterorum operum summorum & salutiferorum,
 evidentissima repræsentatio Et hinc est, quod fide intelligimus, secula
 esse condita, Fides verò recumbit in revelatione *Ebr. 11, v. 3. conf. Rom. 4,*
v. 17. 2. Cor. 4, v. 6. Unde & patet resolutio Quæstionis, *an, quomodo, qua-*
re verbum נָצַח aliis quoq; actionibus divinis, præter creationem strictè di-
ctam conveniat? Resp. Usurpatur maximè de operibus redemptionis
 & sanctificationis &c. (consule *Jesaiam ejusq; 6. 4. 4. 43. 65. Jer. 31. &c.*)
 tum ob processum *ἀπὸ μὴ ὄντων εἰς τὰ ὄντα*, tum quod eundem ha-
 bent

bent auctorem Deum Trinuum, nec minoris sunt potentia, quam ipsa creatio prima: adde generalem quandam convenientiam ratione formæ & finis, sed cum differentiâ. Unde dicuntur Creatio nova, priori mirabilior.

S. 3. *Forma* consistit I. In causa omnibus naturæ viribus superiore, solo verbo Domini *Gen. 1, v. 3. Psal. 148, v. 5.* Hinc Dei dicere & facere re unum sunt. II. In productione ex nihilo, & materiæ informis perfectione *Ebr. 11.* III. In modo perficiendi divino, quem duo commendant, (1.) Singularis ordo & admiranda dispositio in operibus sextidui. (2.) exactissima rerum omnium, suoq; Archetypo (intentioni Creatoris) in justâ mensurâ, pondere, numero, bonitate, respondens natura, eaq; demonstrata iacuitu & approbatione אלהים אלהים agentis omnia in justitiâ & iudicio. *Gen. 1, v. 4, 31. Job. 34, v. 12.* IV. In Legge vel statuto fixo, unde natura vim omnem habet intrâ terminos se continendi, & cum obsequio agendi quod debet. *Psal. 148, v. 6.* Ad Formam refertur & Tempus, in quo consideratur I. *Principium*, æstimandum ex consequenti, determinatione sc. certorum dierû (initio ducto à vesperâ) antè quos nihil nisi aternitas fuit. Q. Hic (1.) sed curiosè, *an otiosus fuerit in aternitate Deus?* Resp. Etsi opus ad extra ab aeterno non produxit, semper tamen operatur *Job. 5, v. 17.* Huc pertinet opus Prædestinationis & similia, eademq; longè maxima. Q. (2.) *Quid anni parte mundus sit conditus?* Resp. initium arbitramur factum esse ab æquinoctio Autumni. 2. *Continuatio* εὐαγγελίου. Hinc frustra Q. *An successivè an verò in momento perfecta sint omnia?* Prius Affirm. Scriptura, non posterius. 3. *Terminatio* per separationem diei septimi, quo quievit Deus non à sustentando, gubernando &c. sed à creando id, quod creatum erat & quomodo erat (aliàs enim intra sextiduum, consummatum dici non posset.) *Gen. 2, v. 1. & seqq.*

S. 5. *Res create* sunt coelum, terra & omnis exercitus eorum. d. l. itq; vel visibiles vel invisibiles *Col. 1, v. 17.* Finis respectu creaturarum intellectualium est fructio summi boni, communicantis seipsum per creationem, in tempore, In specie Thronus DEI in homine. Respectu Creatoris, demonstratio sempiternæ potentia, adeoq; & gloriæ divinæ intellectu perspicenda *Rom. 1, v. 18, 19. Ps. 19 vid. disp. 2. §. 2.* Atq; ita ex opere Creationis fluit partim jus acquisitionis & possessionis mundi,

itemq; dominium in res creatas *Gen. 14, v. 19. 22, Matth. 11, v. 25.* partim Providentia.

§. 6. Esse PROVIDENTIAM, hoc est, Deum non deseruisse res à se conditas, sed adesse eisdem, ut conservatorem, sustentatorem, gubernatorem; patet ex utraq; notitiâ, naturali & revelatâ (*vid. diss. a. §. 2. Gr.*) & patebit porro ex seqq. Nomen h. l. *προνοία* est. Occurrit *Sap. 14, v. 3* deductum à *προνοϊν*, de quo vide *1. Tim. 5, v. 8.* & redditur per providere s. prospicere. Synonyma ejus sunt, in ordine præstituto (*שׁוֹמֵר*) continere, portare (sustentare) in systemate conservare, curare, administrare, gubernare *Pf. 119, v. 91. Ebr. 1, v. 3. Col. 1, v. 17. 1. Pet. 5, v. 7. Sap. 12, v. 18. 6. 14, v. 3.* Secundum rem absolvunt providentiam & præscientia & cura, quæ differunt pro diverso concipiendi modo, tamen se in DEO conveniunt. Præscientia enim DEI non est otiosa speculatio, sed curam in sustentando, disponendo, dirigendo &c. includit, *vid. Jes. 40, v. 12. seqq.* ubi vis mensurandi, numerandi, ponderandi, complectendi Deo tribuitur.

§. 7. Præscientiam seu Prævisionem DE I nobis ita dictam (divinæ enim menti ut fuerunt ab æterno, sic & sunt & erunt omnia *ἐν τῷ ὄντι* præsentia) describit Scriptura per cognitionem omnium, antequam sunt vel fiunt vel esse possunt, eamq; certam & infallibilem, quam vocat *כִּרְחוֹק רָצַת* (novisse longè antè) *Pf. 139, v. 2.* Huc refer ex N. T. voces *προγνωσις*, *προειδέναι* &c. Ex scientia hac divinâ fluunt Prædictiones certæ & infallibiles. Atq; his veluti notis certis solus verus Deus à fictis distinguitur. *Jes. 41, v. 22, 23, 26. 6. 42, v. 9. 6. 45, v. 11. Gr.* Objektivum Præscientiæ sunt omnia præsentia, præterita & futura, i. e. res omnes, omniumq; rerum accidentia, etiam minutissima quæq; tum bona tum mala, facta, dicta, cogitata *כִּל הַתִּיּוֹר* *repet: Pf. 139. addè Job. 6, v. 64. 6. 18. v. 4.*

§. 8. *Certamen* hîc est de effectu præscientiæ. Assertio I. Respectu DEI præscientis nihil contingenter, omnia necessario fiunt. Ratio, quia DEO nostro non tantum terminus rerum, sed intermedia quævis, omnes causæ secundæ, earum dispositiones, affectiones, operationes exactissimè & infallibiliter sunt cognita. Hinc necessarius prædictionum eventus, eò quod Deus prædixit: prædixit autem, quia ita eventurum, certò scivit. Huc pertinent Phrases: *Oportuit impleri verbum*: item: *Hoc fa-*

62178

Etiam est, ut adimpleretur scriptura Matth. 1. v. 22. Act. 1. v. 16. & similes.
 II. Necessitas præscientiæ divinæ non tollit contingentiam in rebus, ut-
 potè subordinatam; & vice versâ. Præcivit enim DEUS omnia, prout
 sunt eventura. Sic contingentiam expriment particule פתח פתח no-
 tantes casum vel accidens fortuitum & eventum casualem *Prov. 6. v. 15.*
Lev. 26. v. 21, 24. Num. 35. v. 22. Regula. Contingens creaturis, Deo ne-
 cessariū est. Itaq; III præscientia DEI nō affert absolutam & inevitabilem
 necessitatem rebus præcognitis, quia si aliter fierent (si quidem possunt)
 aliter quoq; Deus præcivisset. Sed & IV. Necessariò alia sunt necessita-
 te non tantum prævisionis, sed & decreti divini v. g. passio, glorificatio
 Christi, prædicatio Evangelij &c. *Act. 4. v. 28. Luc. 24. v. 26. 46.* Alia sine de-
 creto, ex conditione in creaturis aliundè posita, quâ absente non fierent,
 uti scandala, Pseudoprophetiæ, tumultus *Matth. 18. v. 7. Marc. 13. v. 6, 7.*
 Illa volente & efficiente Deo, hæc improbane, permittente, & ad finem
 bonum dirigente. Hinc patet decisio quæstionum I. *An conjugia præcisè*
sua fatalia? &c. sunt & non raro fatia. *Deut. 7. v. 3, 4. (2.) Quid statuend-*
um de termino vitæ? &c. Secundum naturam suam cuiq; terminus à DEO
 est assignatus, sed quem vel anticipare hominum improbitas, vel proro-
 gare Dei benignitas potest. *Pf. 55. v. 24 Jes. 38.* Utrobiq; respectu Dei
 scientis & determinantis sive ex justitiâ sive gratiâ; hæc etiam paternè
 conservantis, cæritudo est.

§. 9. Cum Præscientia conjungitur *Cura*, pro objecto habens vel
 res creatas omnes, vel harum actiones. Ad Res creatas pertinet I. Sustenta-
 tio per influxum potentiæ divinæ perpetuum, quæ naturam omnem
 in statuto suo & ordinè debito integram servat: Hinc vivimus, move-
 mur & sumus in Deo *Act. 17.* tanquam causâ creante & conservante,
 vi verbi virtutis, quo omnia ipse portat *Ebr. 1. v. 3.* Eodem verò subtracto
 non possunt non in nihilum recidere omnia. II Gubernatio, quâ diri-
 guntur creaturæ secundum acceptum in creatione verbum. Objecta
 utriusq; sunt 1. universaliter omnes creaturæ & accidentia creata, ne
 minimis etiam exclusis *Luc. 12. v. 6. Matth. 10. v. 29.* Nec obstat *Locus*
1. Cor. 9. v. 9, 10. Sensus enim hujus est, provisum esse finaliter in verbo
 Domini non pecudi sed homini. (2) peculiariter intellectuales creaturæ,
 & inter hos fidelium singuli, quos non modò despotica sed paternè pla-
 nè providentia complectitur *Matth. 6. v. 32.* & quorum causâ tota na-
 turâ conservatur.

§. 10. Actiones vel sunt naturales vel intellectuales, De Naturalibus Af-
 fertio

fertio I. Potentia DEI in naturā influendo, eidem cooperatur, usq; adeo
 ut illa sine concursu & influxu divino agere desinat, estq; DEI & crea-
 turarum actio una. II. Ipsa virtus in agendo non naturā sed DEI origi-
 naliter est. III. DEI US ad causas secundas alligatus non est, siquidem &
 sine mediis naturalibus conservare naturam valet, *Deut.*:8. v. 3. IV. Idem
 invertere naturæ ordinem & supra vires ejus agere potest, tum suspen-
 dendo influxum ordinarium, tum specialem communicando virtutem
 pro bono Ecclesiæ. Exemplum est in sole stante & retrogrado &c. Et hic
 mera naturæ obedientia sine repugnantia.

§. 11. Intellectualis vel bonæ sunt vel vitiosæ. Bonas DEUS præcipit,
 suadet, promovet, efficit, sed diversimodè, sunt enim vel Civiles vel Spi-
 rituales, ad illas naturalis potentia concurrat. In his solitas DEI, (per gra-
 tiam communicatæ) non naturæ sunt vires. De quibus in loco de Lib.
 Arbit. Circa actiones vitiosas, Certamen est & *Quæ & quomodo provi-*
dentis Dei ad has concurrat? Accuratè discernendus est naturalis motus
 ab adhærenti *à malis*, ille à DEO est, hæc non item, sed à principio pec-
 cante. II. Malas Actiones Deus odit, prohibet, damnat, impedit, sed ci-
 tra necessitatem coactionis violentæ, utpote voluntati adversam; sed &
 III. permittit, ita tamen ut metam eis præfigat, & contra intentionem
 peccantium bonum ex illis finem eliciat. Sed de his plenius in Loco de
 peccato. Cæterum inter res, circà quas versatur Providentia Dei, emi-
 nent Angelus & Homo, ceu creaturarum omnium nobilissimæ &
 præstantissimæ. De Homine deinceps. Nunc ad Doctrinam,

DE ANGELIS.

§. 12. ANGELOS existere Scriptura passim docet. Creatos esse à
 Deo, constat ex *Pf.* 148. v. 5. collato cum *v.* 2. *Col.* 1. v. 16. *Ebr.* 1. v. 7. Hic
Q. Quo die sunt creati? R. Non definitur dies, credibile tamen est fuisse
 cum, quo conditum est domicilium Angelorum, ante foundationem ter-
 ræ *Job.* 38. v. 5, 6, 7. *conf.* *Pf.* 148. v. 1, 2. *seqq.* & sic in ipsâ historiâ com-
 prehenduntur nomine מַלְאָכִים & מַלְאָכֵי הַשָּׁמַיִם *Gen.* 1, v. 1. 6. 2. v. 1.
conf. 1. *Reg.* 22. v. 19. *Luc.* 2, v. 13. Ex creatione pendet Angelorum tum na-
 tura tum officium.

§. 13. Ratione natura spiritus sunt *Pf.* 104. v. 4. *Ebr.* 1. v. 7, 14. eiq; di-
 stincti partim à spiritu infinito & independenti Deo, qui Pater Spiritu-
 rum *Ebr.* 12. v. 9. partim ob completam singulorum subsistentiam, ab
 animâ

animâ humanâ, quæ & ipsa spiritus est. *Pf. 31. v. 6.* sed & pars duntaxat
 substantiæ perfectæ. Obijciuntur 1. Apparitiones corporeæ. *R.* Corpo-
 ra fuerunt non Angelorum propria sed ad tempus assumpta. 2. Loco-
 rum spatia. *R.* sunt Angeli in loco definitè non circumscriptè. Naturam
 comitantur Qualitates, quarû præcipuæ sunt (1) Lux, claritas, dignitas,
Job. 38. v. 7. Col. 1. v. 16. (2) intelligentia & sapientia, eaq; eminentior,
 quàm hominum mortalium, *Matth. 18. v. 10.* sed tamen finita, quia 1. non
 omnia præsertim futura, nec cogitationes cordium nōrunt, nisi vel ex re-
 velatione divinâ, vel colligendo conceptus mentis ex effectibus & cir-
 cumstanti dispositione. 2. desiderant introspicere mysteria 1. *Pet. 1. v. 12.*
 3. crescere & augeri potest scientia Angelica: Hinc triplex cognitio, Na-
 turalis, Revelata & Experimentalis. (3) Potentia *Pf. 103. v. 20.* sed non
 omnipotentia.

§. 14. *Officium generale* (qui & finis Creationis) Angelorum, est
 Deum indefinenter celebrare *Jes. 6.* & eidem servire *Dan. 7. v. 10.* Atq;
 hinc vocantur ἄγγελοι, Ebr: מַלְאָכִים ab annunciatione voluntatis
 divinæ vel ministerio Legationis, quo funguntur mandante Domino
 ad homines, item ministri ad serviendum præemptissimi. *Pf. 103. v. 20.*
Dan. 7. v. 10. Hic Q. *An opus habuerit Deus ministerio Angelorum?* *R.* Non
 habuit vel sui vel nostri causâ, sed ut omnes creaturas, sic & Angelos ex
 liberrimâ voluntate conditos, adhibet ad demonstrandam suam ipsius
 bonitatem & gloriam.


§. 15. Hinc communicatio æqualis Bonitatis, in quâ conditi sunt
 omnes, includens perfectionem essentiæ & virtutes creatas maximas, ex-
 cludens defectum, vitia, malum *Gen. 1. v. 31.* Ad hanc pertinet & Liberum
 Arbitrium, in se non nisi bonum, sed quod mutari & ad malum flecti
 potuit. Hoc quotquot rectè sunt usi, Angeli boni, sancti *Luc. 9. v. 26.*
 quotquot abusi, mali vel peccantes dicuntur 2. *Pet. 2. v. 4.* In utrisq; no-
 tamus conjunctim 1. essentiam, quæ post lapsum quoq; creatura Dei est.
 2. Numerum, qui utrobq; maximus & nobis incertus *Dan. 7. v. 10. Matth.*
26. v. 53. Marc. 5. v. 9. 15. Majorem tamen bonorum esse, quam malorum,
 colligitur ex 2. *Reg. 6. v. 16.* (3) Gradus respectu personalis eminentiæ &
 functionum cuiq; assignatarum. Hinc inter bonos Archangeli, Thro-
 ni, potestates, principatus &c. (Sed an novem sint ordines strictè, an verò
 plures vel pauciores, incertum est) inter malos verò princeps demo-
 niorum Diabolus & Angeli ejus. *Luc. 11. Matt. 25. v. 41.* sed cum ἀρχαί.

§. 16. *Boni*

§. 16. *Boni separatim sunt, qui origine suâ in debitâ subjectione servatâ, in bono confirmati, æternum in Deo beandi. Fructus ministerii illorum peculiariter redundat ad eos, qui salutem accepturi sunt. Ebr. 1. 14. Luc. 16. Hic Q. An cuilibet fidelium cervi sint assignati custodes? Resp. Suos singulis, nec unum tantum (quamvis sufficere unus posset) sed quæ Dei benignitas est, plures esse, patet ex Matth. 18, v. 10. Ps. 91. siquidem & omnes unam cum credentibus Ecclesiam constituunt Ebr. 12. v. 22. Hinc gaudium commune Luc. 15. v. 10. Fundamentum est Reconciliatio facta per Christum, pacificantis in se omnia, quæ & in cælo & super terrâ sunt. Col. 1. v. 20. Controversatur hic de invocatione. Assertio I. Angeli non sunt invocandi, quia (1.) Cultus adorationis solius Dei est. (2.) Illi verò conservi nostri sunt (3.) Unus est mediator Christus. II. Sunt tamen honorandi propter Deum, quod fit, cum nihil admittitur, quo contristari vel abigi à nobis possunt.*

§. 17. *In Malis (quos existere probat tum Scriptura tum experientia in obsessis) consideratur I. Lapsus, cujus causa fuit, quod noluerunt Deo parere vel inferiores esse charactere hypostaseos ipsius. Hinc est, quod Diabolus in veritate non stetit, sed Domicilium suum deseruit, in Epistola Juda v. 6. & factus est gurgis & causa vitiorum omnium. Q. hic, Quo die sint lapsi? Resp. & post sextiduum (ratio est in vers. 31. Gen. 1.) & ante lapsum hominis. II. Opera & Studia, quæ contraria sunt operibus S. Angelotum, & referuntur ad duo, mendacium & cædem. Job. 8. Huc pertinent nomina Diabolus, Satan, serpens antiquus &c; Apoc. 12. Notetur autem potentiam Satanz non absolutam sed restrictam esse (unde nec substantiam creare, mortuos resuscitare, miracula edere, nec aliquid eorum, quæ Dei sunt, efficere valet, tametsi hominum oculos & mentes non raro præstigiis suis fascinando ludit) & pendere, præterea ex permissione Dei Matth. 8. vid. Historia Jobi. III. Pœna, quæ vel nunc est, quatenus servantur vinculis perpetuis sub caligine, vel futura, videl. Judicium diei magni & hinc cruciatus æterni Jud. Epist. v. 6. 2. Pet. 2. v. 4. Matth. 25. v. 41. Hic Q. Quare lapsi Angeli sine remedio magis relictæ quam homo? Resp. Non quidem abs re est, quod homo seductus peccavit, Diabolus non iterum, qui & ipse thronum Dei non tantum in se sed & odio Dei, in homine dejecit. Verum quicquid sit: Nos merito iustitiam & severitatem Dei contra Diabulos, misericordiam erga nos cum tremore & gratitudine veneramus.*

•(o)•



animâ humanâ, quæ & ipsa spiritus est. *Pf. 31. v. 6.* sed & substantiæ perfectæ. Obijciuntur 1. Apparitiones corpora fuerunt non Angelorum propria sed ad tempus assumptum spatia. & sunt Angeli in loco definitè non circumscripti comitantur Qualitates, quarû præcipuæ sunt (1) Lux, claritas *Job. 38. v. 7. Col. 1. v. 16.* (2) intelligentia & sapientia, eaq; quàm hominum mortalium, *Matth. 18. v. 10.* sed tamen finem omnia præsertim futura, nec cogitationes cordium nõrunt revelatione divinâ, vel colligendo conceptus mentis ex effectumstanti dispositione. 2. desiderant introspicere mysteria 3. crescere & augeri potest scientia Angelica: Hinc triplex naturalis, Revelata & Experimentalis. (3) Potentia *Pf. 103.* omnipotentia,

S. 14. *Officium generale* (qui & finis Creationis) An Angelos Deum indefinenter celebrare *Jes. 6.* & eidem servire *Dan. 7.* hinc vocantur *ἄγγελοι*, Ebr: *מַלְאָכִים* ab annunciatione divinæ vel ministerio Legationis, quo funguntur mandata ad homines, item ministri ad serviendum promptissimi. *Dan. 7. v. 10.* Hic Q. *An opus habuerit Deus ministerio Angelorum* habuit vel sui vel nostri causâ, sed ut omnes creaturas, sic & liberrimâ voluntate conditos, adhibet ad demonstrandam bonitatem & gloriam.

S. 15. Hinc communicatio æqualis Bonitatis, in quâ omnes, includens perfectionem essentiæ & virtutes creaturas cludens defectum, vitia, malum *Gen. 1. v. 31.* Ad hanc pertinet Arbitrium, in se non nisi bonum, sed quod mutari & ad malum potuit. Hoc quotquot rectè sunt usi, Angeli boni, sancti quotquot abusi, mali vel peccantes dicuntur *2. Pet. 2. v. 4.* tamus conjunctim 1. essentiã, quæ post lapsum quoq; creaturas 2. Numerum, qui utrobique maximus & nobis incertus *Dan. 10. v. 13. Marc. 1. v. 9, 13.* Majõrem tamen bonorum esse, quæ colligitur ex *2. Reg. 6. v. 16.* (3) Gradus respectu personalis functionum cuiq; assignatarum. Hinc inter bonos Archangeli, potestates, principatus &c. (Sed an novem sint ordines si plures vel pauciores, incertum est) inter malos verò principum Diabolus & Angeli ejus. *Luc. 11. Matth. 25. v. 41.* sed

